Bibliothèque numérique

medic@

# Statuta Facultatis medicinae Parisiensis

*Parisiis, apud F. Muguet, 1660.*
*Cote : 32734A*

**(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)**
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?32734A


STATVTA
FACVLTATIS
MEDICINÆ
Pariſienſis.
1660
HIPPOCRATES
PARISIIS
GALENVS
Apud FRANCISCVM MVGVET.
viâ Citharæ, ad Insigne adora
tionis Regum.
M.DC.LX.

©BIUM

©BIUM



# STATVTA FACVLTATIS MEDICINÆ.

Excerpta ex libro Legum
& Statutorũ Academiæ
& Vniuerſitatis Pari-
ſienſis, quæ lata quidem
& promulgata ſunt in
Senatu III. Septembris
an. Dom. M.D.XCVIII.

A

©BIUM



publicata verò in Academiæ Publicis Comitiis XVIII. Septembris ann. M. DC. lecta verò in Scholis ſuperioribus Medicorum XVIII. Octobris die D. Lucæ dicato, ann. M. DC. II. preſẽtibus Doctoribus, qui tum frequentes in ipſorum obſeruationem ſinguli jurauerunt, ex præſcripto Senatuſconſulti in manibus Decani, & ſuum jusjurandum ſuô Chirographô Commentariis Facultatis appoſitô, confirmarunt.

©BIUM



# DECRETVM FACVLTATIS MEDICINÆ.

## M. FRANCISCO BLONDEL Decano.

*ANNO Domini milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo, Die Lunæ nonâ Februarij. Indictis horâ à meridie tertiâ per Schedulam pridie ritu ſolenni delatam Comitiis, Cùm inter alia quæ in rem præſentem erant,*

©BIUM



*Facultati Decanus renuntiaſſet, ſibi à plurimis ex Ordine Doctoribus, ac præſertim junioribus ſæpiùs objectum, ideò in Statuta nonnunquam peccatum, errorique huic quemque vel ex eo maximè deinceps obnoxium futurum, quod diſſipatis dudumque deſideratis illorum exemplaribus quæ anno 1634. typis iterum vt exirent* M. FRANCISCVS BOVIONIER *tum temporis Decanus curauerat, quid ſequendum cauendumve ſibi foret, prorſus neſcirent, jamque lato Decreto, die Lunæ 20ª Octobris 1659, Comitiis ab Anniuerſario Sacro, quò de more & Sacramento Piis Defunctorum Collegarum Manibus frequenti conuentu ſolitum parentari, Statuta typis*

©BIUM



*excudenda, niſi Academia de iis vnà cum ſuis edendis in Generalibus Comitiis prouideret, fuerit conſtitutum. Atque iterum propoſitum calatis Facultatis Comitiis die Sabbathi 18ª Octobris 1659. aliiſque die Martis 18ª Nouembris ſequentis confirmatum. CENSVIT FACVLTAS Statuta ſua commodiore quæ Decano videretur formâ, juſtòque Exemplarium numerò typis denuo publicanda eaque ſingulis Doctoribus, Licentiatis & Baccalaureis in poſterum viritim diuidenda. Statuitque inſuper vt, ſi quid ratio temporum vſúſue melior (quod alioqui arbitratu Facultatis ſtaret) mutatum, vel publicæ vtilitatis gratià ampliatum, aut neceſſariò interpreta-*

©BIUM



*mentò Legi idoneò ſuis Decretis definitum, vel in aliarum Facultatum Statutis conſtitutum, quod foret in rem Facultatis, occurreret, iiſdem Statutorum articulis inſimul ſubjiceretur. Atque ita ex omnium Sententiâ Concluſit*

FRANCISCVS BLONDEL
Decanus.

©BIUM



MEDICINÆ Collegium non paruâ commendatione dignum eſt, quod, poſt hominum memoriam, tam laudabilem diſciplinam tenuit & ſeruauit, vt jam anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, Illuſtriſſimus Cardinalis Totauillæus pauca quædam in eo reformanda, & corrigenda teſtatus ſit. Quod nunc quoque veriſſimè de eodem Collegio poſſet dici, ſi ſuperioris ſexennij barbaries mutationem nullam attuliſſet, Diſputationes non cir-

©BIUM



cuncidiſſet, & ſtudij tempus ad Baccalaureatum & Doctoratum antiquis Legibus definitum non contraxiſſet. Vt ergo omnia in integrum, & priſtinum ſtatum reſtituantur, placuit Collegij Medici Conſtitutiones, Leges, Statuta, Decreta ſcripta, non ſcripta, huc illuc diſperſa, in vnum corpus colligere, obſcura illuſtrare, noua condere, & ſancire, ne ab illis diſcedatur in poſterùm.

ARTICVLVS PRIMVS.

Res Sacra, loco, more, diebus, horíſque ſolitis peragatur.

*Singulis diebus Sabbathi (excepto Vacationum præſtituto tempore ex Statutorum art. 17°*

©BIUM



*quod excurrit à 4° Kal. Iulias, ad Idus Septembres) ſolenne fuerat horâ ſeptimâ Sacra fieri. Verùm Decretò Facultatis latò die Sabbathi 26ª Martij 1639. Decanò* M. SIMONE BAZIN *ſeriùs illa celebrari cœpta; quod tum primùm Quatuor Doctores ſub Nonam accedentibus Pauperibus Ægris Medica conſilia ſcripto daturi, dictis diebus in Scholas ſuperiores conuenire juberentur. Verùm Ampliatis ejuſmodi Pietatis Officiis, cùm ſex Doctores, tres ſcilicet Majoris & totidem Minoris Ordinis huic hebdomadario muneri præfecti fuiſſent, & ex Decreto ſancito die Lunæ 7ª Martij 1644. Decano M.* MICHAELE DE LA VIGNE *horâ Decimâ ad Meri-*

©BIUM



*dianam conſtituta, quò id commodiùs fieret, Sacris peragendis Hora Nona omnium ſententiis deſtinata.*

ART. II.

Medicinæ Studioſi Diſputationibus, & Lectionibus publicis frequenter interſint.

ART. III.

Laureæ Medicæ Candidati ſtadium Medicum biennio conficiant.

ART. IV.

Medicinæ Candidati ſingulis tantùm bienniis, ſtatóque tempore examinentur, & ad Baccalaureatum promoueantur: à Baccalaureatu non niſi poſt biennium in Diſputationibus publicis exactum, ſi Doctoribus probati fuerint, ad

©BIUM

Licentias admittantur, non ſigillatim, ſed ſimul & ſemel vniuerſi, ſeruato tamen, vt moris eſt, ordine doctrinæ, vt hac æmulatione ad officium excitentur.

ART. V.

Singulis bienniis die Sabbathi Calendas Februarias præcedente, Medicinæ Doctores poſt Rem Sacram, in Scholas ſuperiores conueniant à Decano, per Bidellos Comitiorum cauſâ ſpeciatim definitâ pridie conuocati, & ex præſentibus quatuor eligantur, duo ſcilicet ex majore Ordine, duo ex minore, qui cum Decano, tempore Quadrageſimali Medicinæ Candidatos examinent: qui quidem Examinatores conceptis verbis ju-

©BIUM

rent, ſe neminem niſi dignum admiſſuros.

ART. VI.

Menſe Februario, futurum Martio Examen, promulgetur, Scholæ valuis affixis tabellis, ex Decani & Facultatis præſcripto, & à majori Bidello obſignatis.

ART. VII.

Circa mediam Quadrageſimam die Sabbathi poſt Rem Sacram, Medicinæ Candidati habitu conuenienti pro more induti ſiſtant ſe in Scholis ſuperioribus coram Doctoribus, à Decano per Bidellos pridie conuocatis, ab eiſque petant, vt ad Examen admittantur. Quibus ſigillatim de vnâ quæſtione breuiter interrogatis dies dicatur, quo ſuorum

©BIUM



rum ſtudiorum fidem faciant, antequam ad Examen admittantur.

## Art. VIII.

Die verò poſt meridiem, rurſus Candidati ſiſtant ſe eodem in loco coram Doctoribus, eíſque exhibeant litteras Magiſterij, quibus conſtet eos ſuperiore quadriennio in Academia Pariſienſi Lauream magiſtralem in Artibus ſeu in Philoſophia eſſe conſecutos, vel in alia Vniuerſitate ante octo annos, item & tabellas ab Ordinariis Scholæ Medicæ Profeſſoribus obſignatas, quibus fides fiat, ipſos ſaltem per quadriennium Lectionibus publicis operam dediſſe. Qui hæc non probabunt, ab Examine

B

©BIUM



excludantur: liceat tamen Decano & Facultati hâc ſtudij quadriennalis lege ſoluere ſolos Doctorum Medicorum Pariſienſium filios, & illis vnum aut alterum annum indulgere, quos, juxta Hippocratis præceptum, omni fauore & gratiâ excipi par eſt, dum tamen in Academia Pariſienſi ſint Artium Magiſtri, & examinati ad Medicinæ Baccalaureatum idonei judicentur.

## Articulus 57. Facultatis Artium.

*Nullus Lutetiæ ad ſuperiorum Facultatum Baccalaureatum, vt Theologiæ & Medicinæ admittatur, niſi laureâ magiſterij fuerit inſignitus.*

©BIUM



## ART. IX.

Diebus ab Examinatoribus dictis, Candidati de Rebus Naturalibus, non Naturalibus, & præter Naturam ſigillatim examinentur: ſed & cæteris Doctoribus præſentibus liceat, ſi libuerit, Candidatos interrogare: poſtremô Examinis die, ſingulis Candidatis ab Examinatoribus proponatur vnus Hippocratis Aphoriſmus, die ſequenti pro more explicandus.

## ART. X.

Die Sabbathô ſequenti, Doctores poſt Rem Sacram more ſolitô conuocati, auditâ Examinatorum renunciatione, Candidatos, ſi modò probati fuerint, ad PRINCIPIVM

©BIUM



& Baccalaureatum admittant, ſed præſtitô priùs ab illis iureiurandô : ex quo expungatur caput illud, quo iurabant olim Baccalaurei SE NON ESSE VXORATOS : hos enim ab hoc gradu arceri iniquum eſſe viſum eſt.

ART. XI.

Si Baccalaureorum numerus ſuſtinendæ Scholæ Medicæ dignitati par non fuerit, liceat alterum Examen aperire ſequentibus Remigialibus, ſi modò Facultati trinâ Conuocatione legitimè conuocatæ ita viſum fuerit : ſed id non fiat temerè : hoc autem tempore exactô Candidatis Examen non pateat, niſi alterô bienniô.

©BIUM



ART. XII.

Menſe Maiô vel Iuniô, die à Facultate dictô, noui Baccalaurei conueniant in locum ab eadem Facultate delectum, ibíque à ſingulis Doctoribus de Re herbaria examinentur.

ART. XIII.

Noui Baccalaurei in Diſputationibus, Commentationibúſque domeſticis, & Lectionibus tam priuatis, quàm publicis, reliquam æſtatem traducant.

ART. XIV.

Hyeme proximâ ex hac domeſtica, & vmbratili exercitatione quaſi in aciem educantur, & à Martinalibus ad Liberalia de Quæſtione Quodlibetaria, ſingulis hebdomadis,

©BIUM



ſi fieri poteſt, ſinguli publicè reſpondeant.

ART. XV.

Quod vt diligentiùs perficiatur, ex Academiæ & Collegij Medici Faſtorum libro expungantur dies feſti, & profeſti, quos veteres legibiles & illegibiles appellabant: ita vt ſoli pro feriatis habeantur, qui ab Eccleſiâ Diuino cultui publicè dicati, & ſuprà ad finem Reformationis Facultatis Artium deſignati ſunt, exceptô etiam eô totô tempore, paulò pòſt definiendo, quô Medici Diſputationum, Lectionúmque publicarum ceſſationem habebunt.

©BIUM



*Articulus 77. Statutorum Facultatis Artium.*

Feſti dies in vniuerſa Academia Pariſienſi celebrati, & quibus Diuis ſacri ſint.

DIES IANVARII menſis.

1. *Circumciſioni Domini.*
3. *Genouefæ Virgini.*
6. *Epiphaniæ Domini.*

FEBRVARII.

2. *Purificationi Beatæ Mariæ Virginis.*
24. *Mathiæ Apoſtolo.*

MARTII.

25. *Annuntiationi B. Mariæ Virginis.*

APRILIS.

25. *Marco Euangeliſtæ.*

MAII.

1. *Philippo & Iacobo Apoſtolis*
9. *Tranſlationi Nicolai Epiſcopi.*

©BIUM



## IVNII.

11. *Barnabæ Apoſtolo.*
24. *Natiuitati Ioannis Baptiſt.*
29. *Petro & Paulo Apoſtolis.*

## IVLII.

22. *Mariæ Magdalenæ.*
25. *Iacobo Apoſtolo.*
28. *Annæ Matri Virginis Mariæ.*

## AVGVSTI.

10. *Laurentio Martyri.*
15. *Aſſumptioni Beatæ Mariæ Virginis.*
24. *Bartholomæo Apoſtolo.*

## SEPTEMBRIS.

8. *Natiuitati Beatæ Mariæ Virginis.*
14. *Exaltationi Sanctæ Crucis.*
21. *Matthæo Apoſtolo & Euãgeliſtæ.*
29. *Michaëli Archangelo.*

## OCTOBRIS.

9. *Dionyſio & Sociis Martyribus.*
18. *Lucæ Euangeliſtæ.*
28. *Simoni & Iudæ Apoſtolis.*

## NOVEMBRIS.

1. *Omnibus Sanctis.*
2. *Defunctorum Commemorationi.*
3. *Marcello Epiſcopo.*
11. *Martino Epiſcopo.*
25. *Catharinæ Virgini.*
30. *Andreæ Apoſtolo.*

## DECEMBRIS.

6. *Nicolao Epiſcopo.*
8. *Conceptioni Beatæ Mariæ Virginis.*
21. *Thomæ Apoſtolo.*
25. *Natiuitati Domini.*
26. *Stephano Protomartyri.*
27. *Ioanni Apoſtolo & Euangeliſtæ.*

©BIUM



28. *Sanctis Innocentibus.*

Art. 80.

*DIES autem Feſti qui mobiles dicuntur hi ſunt.*

*PASCHA, cujus Hebdomadâ Sanctâ in diei Martis Prælectione Veſpertinâ finiatur omnis Exercitatio, & redintegretur Matutinò diei Mercurij poſt Paſcha.*

Art. 81.

*ASCENSIO DOMINI, & ceſſetur toto die.*

Art. 82.

*PENTECOSTES, & ceſſetur uſque ad Mercurij proximum Matutinum.*

Art. 83.

*FESTUM CORPORIS CHRISTI, & ceſſetur toto die.*

*OCTAVA FESTI COR-*

*PORIS : & doceatur per horam à prandio.*

Art. 84.

*TOTA die Martis Hilariorum, & Mercurij Cineralium, manè tantùm ceſſetur.*

Art. 85.

*DIE 22ª Martij Lectiones Matutinæ tantùm intermittantur, dum aguntur gratiæ Deo Opt. Max. pro reſtitutâ Vrbe Henrico IV. Franciæ & Nauarræ Regi Chriſtianiſſimo.*

Art. 86.

*OMNIBVS diebus quibus à Rectore & ab Academia Supplicationes ordinariæ vel extraordinariæ fiunt, Lectiones Matutinæ tantùm intermittantur.*

Art. 87.

*DIE 12ª Iunij vel aliò ſe-*

©BIUM



*quenti, quò Rector Academiæ ad Nundinas Sandionyſianas proficiſcitur, omnino ceſſetur.*

ART. XVI.

A Cineralibus ad peruigilium DD. Petri & Pauli Apoſtolorum, Baccalaurei ſinguli de Quæſtione Cardinalitia reſpondeant.

ART. XVII.

A quarto Calendas Iulias ad Idus Septembres, id eſt, à peruigilio D D. Petri & Pauli Apoſtolorum, ad peruigilium Exaltationis Sanctæ Crucis, Diſputationum & Lectionum publicarum, Vacatio Medicorum Collegio concedatur: ita vt ne Veſperiarum quidem aut Doctoratus Actum liceat hoc tempore celebrare, niſi

petitâ

©BIUM



petitâ veniâ à Medicinæ Facultate, ad id legitimè conuocatâ. Si qui tamen Doctores, Licentiati, vel Baccalaurei hôc Vacationis tempore velint docere, hoc liberum illis eſto.

*Hôc Vacationum durante tempore Sacra non celebrantur in Scholis diebus Sabbathi: quibus tamen nihilominùs conueniunt more & horâ ſolenni Doctores Pauperibus ægris accedentibus operam daturi.*

ART. XVIII.

Ab Idibus Septembris ad Calendas Nouembris, Baccalaurei, qui de Quæſtione Cardinalitia non diſputauerint, de ea reſpondeant.

C

©BIUM



## ART. XIX.

A Martinalibus ad Liberalia Baccalaurei rurſus, ſingulis hebdomadis, ſi fieri poteſt, diſputent de Quæſtione Quodlibetariâ.

## ART. XX.

Poſt Cineralia, ſi quædam Quæſtiones Cardinalitiæ diſceptandæ ſuperſint, eis finis imponatur.

## ART. XXI.

His omnibus totô bienniô ritè peractis; Baccalaurei habitu conuenienti induti ſiſtant ſe die dictâ poſt meridiem in Scholis ſuperioribus, coram Doctoribus à Decano pro more conuocatis, ab eiſque petant, vt ad Examen particulare admittantur.

©BIUM



ART. XXII.

Ad Examen particulare ad-miſſi ſingulorum Doctorum domos reuerenter adeant, & ab eis de Praxi examinentur.

ART. XXIII.

Doctores in Scholas ſuperiores, more jam dicto, rurſus cõuocentur judicium laturi, à quibus ſi Baccalaurei probentur, ad Licentias admittantur, ad quas nemo admittatur, niſi qui de Cardinalitiâ Quæſtione, & de duabus Quodlibetariis, aut vnâ ſaltem reſponderit, & in ſubſelliis Baccalaureorum per biennium ſedens diſputauerit, niſi fortè abſentiæ legitimam excuſationem attulerit, cujus abſentiæ Doctores Facultatis more ſolitô

©BIUM



conuocati, judices ſunto.

ART. XXIV.

Si quis inter Baccalaureos ſederit, qui Chirurgiam, aut aliam artem manuariam exercuerit, ad Licentias non admittatur, niſi priùs fidem ſuam aſtringat publicis Notariorum inſtrumentis, ſe nunquam poſthac Chirurgiam, aut aliam artem manuariam exerciturum: ídque in Collegij Medici Commentarios referatur. Ordinis enim Medici dignitatem, puram integramque conſeruari par eſt.

ART. XXV.

Ne pauperibus ad Medicinæ Gradus aditus intercludatur, Burſæ pro Licentiis & Doctoratu Facultati debitæ, re-

©BIUM


mittantur eis, qui manifeſtè pauperes erunt, ſi alioqui conſtet, eos doctos & probos eſſe: eâ conditione, vt polliceantur & publicô inſtrumentô fidem ſuam adſtringant, ſe Burſas ipſas perſoluturos, cùm ad meliorem fortunam peruenerint.

ART. XXVI.

Ad Licentias admiſſi die lectô à Decano nomine totius Collegij Medici offerantur Academiæ Cancellario in Eccleſia Pariſienſi, ab illo, cùm libuerit, Licentias accepturi.

ART. XXVII.

Sed antequàm Licentiis donentur, nouis Baccalaureis comitati Senatum Pariſienſem, ejúſque Claſſes ſingulas Rationibus Regiis Præfectos,

©BIUM

Summos Regiorum Vectigalium Iudices, Proprætorem Pariſienſem, Mercatorũ Præfectum, & Ædiles, omnéſque Vrbis Ordines, reuerenter adeant, ab illíſque Facultatis Medicæ nomine petant, vt die lectô in Scholas Medicorum inferiores conuenire velint, ex Paranympho audituri, quos, quales, & quot Medicos, Vrbi atque adeò vniuerſo orbi, Medicorum Collegium iſtô bienniô ſit ſuppeditaturum.

ART. XXVIII.

Eo die, poſt ſingulas Paranymphi Actiones, ſinguli à Bidello ex Academiâ in Eccleſiâ Pariſienſi Cancellarij Mandato nominatim vocentur, illíſque ad Licentiarum Gradum ſuſcipiendum dies dicatur.

©BIUM


## Art. XXIX.

Die à Cancellario dictô ad Licentias, omnes Medicinæ Doctores in majorem Epiſcopi Pariſienſis Aulam horâ quintâ matutinâ conueniant, ibíque præſtitô coram Cancellario ſolenni jurejurandô, ſe nihil gratiæ, nihil fauori daturos, ſed Doctrinæ tantùm rationem in ferendis ſuffragiis habituros, ſinguli ſingulas tabellas in Vrnam conjiciant, quibus Licentiandorum Ordo deſcribatur : quibus tabellis à Cancellario & Doctoribus collatis, Licentiandorum Ordo ita diſponatur, vt primô, ſecũdô, tertiô, quartô, quintô locô, & ita deinceps collocentur, provt ad iſtos

©BIUM

locos obtinendos ſuffragiorum numerô vicerint.

ART. XXX.

Ad hæc ſuffragia ferenda tantùm Doctores admittantur, qui per majorem partem Diſputationum Ordinariarum adfuerint: de quibus vt certò conſtet, aliquot diebus ante Licentias conuocentur à Decano Doctores omnes in Scholas ſuperiores, & ab illis ſtatuatur de numero eorum, qui jus habebunt ferendi ſuffragij.

Statutorum Facultatis Theologiæ. Art. 31.

*In ferendis ſuffragiis admittantur tantùm Doctores qui Licentiandorum Actibus frequenter interfuerint.*

©BIUM



ART. XXXI.

Permittitur his, qui iſtis ſuffragiis ferendis præſentes adeſſe non poterunt, vt ſuas tabellas Collegis deferendas poſſint committere, ſed eâ conditione, vt ſinguli abſentes tabellam ſuâ manu deſcribant, & ſuo Chirographo obſignent, vt à præſentibus poſſit agnoſci.

ART. XXXII.

Non liceat Cancellario Licentiandorum Ordinem à Doctoribus modô commemoratô deſcriptum immutare: ſed ſi duo aut tres Licentiandi, ſuffragiorum æqualitate, in vnum & eundem locum coierint, vtrumlibet præferendi Cancellario tantùm jus eſto.

©BIUM



## Art. XXXIII.

Eôdem ſuffragiorum die, inuitatis & conuocatis à Cancellario in Aulam Epiſcopi Pariſienſis egregiis aliquot viris, Nomina & Cognomina Licentiandorum horâ decimâ matutinâ, eô ordine, quô ſunt ex ſuffragiorum collatione deſcripta, publicè recitentur, ipsíſque Licentiandis, capite apertô, & in genua procumbentibus, Cancellarius, aut qui ejus vices gerit, auctoritate, quâ fungitur, impertiat Licentiam, & Facultatem legendi, interpretandi & faciendi Medicinam hîc & vbique terrarum, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Tum ei, qui primatum

©BIUM



in his Licentiis obtinebit, proponat Quæſtionem Medicam, de qua vbi primus Licentiatus reſponderit, Cancellarius, Doctores, & Licentiati ad D. Virginis ſe conferant, Deo Opt. Maximo gratias acturi, quòd biennales Licentiatorum labores ad proſperum exitum perduxerit.

ART. XXXIV.

Si quis ad Licentias admiſſus hôc ipſô tempore in Collegarum Licentiatorum Ordine non fuerit poſitus, non poſſit Licentiâ donari, niſi bienniô ſequente cum nouis Baccalaureis: ſingulis enim tantùm bienniis Licentię fiant, ad eáſque promoueantur capaces, non ſigillatim, ſed

©BIUM



vniuerſim, ſeruatô, vt anteà dictum eſt, ordine Doctrinæ, vt hâc æmulatione ad officium omnes excitentur.

ART. XXXV.

Licentiati ad Doctoratum, eô ordine promoueantur, quô ſunt ad Licentias appellati.

Statutorum Facultatis Artium. Art. 75.

*Si quis in ſuperiori Facultate Baccalaureus aut Licentiatus in Academiæ Rectorem fuerit electus, ad ejus Superioris Facultatis Doctoratum non admittatur, niſi priùs Faſces Rectorias dimiſerit, & Rectoratu ſe ſe abdicauerit.*

ART. XXXVI.

At ne priorum negligentia poſte-

©BIUM



poſterioribus noceat, morámque & injuſtum impedimentum adferat, ei, qui in Licentiis primas obtinuit, ſex hebdomadarum, ei, qui ſecundas, quindecim dierum, ei, qui tertias, aliíſque ſingulis, totidem dierum ſpatium ad Veſperias, & Doctoratum præfigitur, eâ conditione, vt ad id præfinitô cuíque tempore exactô & elapſô, liceat ei, qui ſequitur, ad Doctoratum promoueri, exceptô, vt ante dictum eſt, tempore Vacationum.

ART. XXXVII.

Qui ad Doctoratum volent promoueri, pro eo & pro Veſperiis, Medicorum Collegio pro more ſupplicent.

D

©BIUM



ART. XXXVIII.

Qui laureâ Doctorali donabitur, eôdem momentô & ante promotionem ad Doctoratum, ſolitô jurejurandô ſe adſtringat.

ART. XXXIX.

Quilibet eô ordine ſedeat, & ſententiam dicat, quô fuerit ad Doctoratum promotus.

ART. XL.

Decretum illud, quô Illuſtriſſimus Cardinalis Totauillæus abrogauit & antiquauit vetus illud Statutum, quô vxorati à docendi officio & à Regentia (vt veteres vocabant) prohibebantur, ratum ſit & maneat : illos enim ab hoc munere arceri injuſtum eſt.

©BIUM



ART. XLI.

Nouus Doctor, pro Doctore Regente habeatur; eâ conditione, vt proximis Martinalibus Quæſtioni Quodlibetariæ extra ordinem præſit, Actum Paſtillariæ celebret, in quo Medicinæ Candidatus de Quæſtione Medica à nouo Doctore propoſita reſpondeat.

ART. XLII.

Nouus Doctor, vbi Quæſtioni Quodlibetariæ extra ordinem, ritibus ſolemnibus ſeruatis, præfuerit, ad Principium lectionum poſtridie admittatur, & inter Doctores Regentes inſcribatur.

ART. XLIII.

Nouus Doctor Regens ma-

©BIUM



jorum emolumentorum, & Magiſtratuum Scholæ non ſit capax; niſi bienniô elapſô, ab eo tempore, quô Quodlibetariæ extra ordinem pręfuerit: neque Cardinalitiis Diſputationibus, neque Veſperiis, neque Magiſterio præſit, nec pro alio ad id ſubſtituatur. Sed neque juniores Doctores, etiam pluſquam biennes, & majorum emolumẽtorum capaces, ſufficiantur ad Quæſtiones per Antiquiores Magiſtros terminandas, vbi Antiquus inueniri poſſit, qui hoc præſtet Collegæ ſui nomine: exceptis Quęſtionibus Quodlibetariis, in quibus Doctor quilibet, poſſit quemlibet ſufficere.

©BIUM



*Ne ab hoc Articulo 43. recederetur, aut controuerſia deinceps vlla ejus cauſà fieret. Decretò conſtitutò die Lunæ 13ª Octobris 1659. Decanò M.* FRANCISCÔ BLONDEL *Cauit Facultas, Ne quis in ejuſmodi Actibus Veſperiarum, Doctoratus, quinetiam Paſtillariæ, quibus terminandæ veniunt Quæſtiones alium Collegam qui non ſit ejuſdem Claſſis, ſuum in locum ſufficiat: ita vt ab eo cui de Majore Claſſe ſiue Ordine id muneris incumbet, ſi eidem vacare nequeat, aut à Decano, ſi negligat, ſuccenturiandus ſit alius de Majori Ordine: idémque in iis qui ſunt Minoris Ordinis factitandum judicauit.*

D iij

©BIUM


ART. XLIV.

Singulis annis in prima Quodlibetaria, ante Quodlibeta, ſingulorum Doctorum Regentium Nomina,& Agnomina à Bidello publicè recitentur, & in Collegij Medici Commentariis ſcribantur.

ART. XLV.

In Quodlibetariis Quæſtionibus hic ordo ſeruetur, vt à juniore Doctore initium ducatur, íſque primus præſit, & per ſingulos progreſſus fiat, donec ad Antiquiorem ſit peruentum. Diſputetur autem à ſexta matutina vſque ad meridiem: ita vt ſexta & ſeptima conſumantur in Baccalaureorum Argumentis, quæ *muta* vocantur: ab octaua ad vnde-

©BIUM

cimam, in Baccalaureum Reſpondentem diſputent nouem Doctores more ſolitô deſignati, tres majoris Ordinis, & ſex minoris, vel Collegæ ab illis occupatis ſubſtituti: ita tamen, vt aliis etiam Doctoribus liberum ſit diſputare, ſi velint: ab vndecima ad meridiem ſinguli Baccalaurei de vna Quæſtione Medica à Doctoribus propoſita reſpondeant.

## Art. XLVI.

Quicunque ſuô Ordine Quæſtioni Quodlibetariæ nõ præfuerit, è Doctorum Regentium Catalogo expungatur, & Priuilegiis priuetur. Quæ ſi rurſus velit impetrare, petitâ à Facultate veniâ, *Re-*

©BIUM



*ſumat*, & poſt Reſumptam primæ Quodlibetariæ extra Ordinem præſit, ſuppeditatis ſumptibus in eas res fieri ſolitis: atque his vbi ſatisfecerit, in Ordinem ſuum reſtituatur.

ART. XLVII.

Doctores Regentes, qui Regi Chriſtianiſſimo, vel Principibus Regiô ſanguine procreatis inſeruiunt, abſentes pro præſentibus habeantur, dum ipſis ſeruiunt, eâ conditione, vt Quodlibetariæ præſint ſuô Ordine.

ART. XLVIII.

Antiquior Magiſter (quem alij Decanum ſeniorem vocant) eô ætatis priuilegiô fruatur, vt abſens pro præ-

©BIUM



ſente habeatur, & ex ſymbolis, quæ Doctores Regentes accipiunt, duplam habeat portionem.

ART. XLIX.

Cardinalitiarum Diſputationum hic ordo ſit, vt primus præſit, qui junior ante ſexennium Quodlibetariæ extra Ordinem præfuerit, atque ita per ſingulos Doctores progreſſus fiat, donec ad Antiquiorem ſit peruentum. Diſputetur autem ab hora quinta matutina ad meridiem. Baccalaureo Reſpondenti alij Baccalaurei Argumenta ſinguli bina proponant. Quòd ſi Facultas Baccalaureorum inopiâ laboraret (quod expertum eſt hoc infœlici ſexen-

©BIUM

nio ) nouem Doctores, tres majoris, & ſex minoris Ordinis, à Facultate deſignentur, qui Baccalaureorum vicem ſubeant, & eorum locô, in Reſpondentem diſputent: ſi quis ſuô Ordine huic Diſputationi Cardinalitiæ propter occupationes non poſſit præeſſe, illi permittatur, vt Collegam hujus muneris capacem poſſit ſufficere.

ART. L.

Veſperiarum, & Doctoratuum, vel Magiſteriorum Actibus præſint tantùm Doctores decennes, & ab Antiquiore Doctore initium Ordinis ducatur, ac per ſingulos Doctores progreſſus fiat, donec peruentum ſit ad juniorem, qui

©BIUM



decem annos integros exegerit ab eo tempore, quô præfuerit primæ Quodlibetariæ extra Ordinem: ita vt Doctoratui & Veſperiis præeſſe non poſſit, qui nouem tantùm annos à prima Quodlibetaria extraordinaria expleuerit. At verò qui Veſperiis Licentiati præfuerit, idem eundem donet laureâ Doctorali: ac in Veſperiis quidem Medicinæ Candidato Quæſtionem diſcutiendam proponat: alius verò Doctor pro more Scholæ deſignatus, ex inferiori Cathedra alteram Quæſtionem iſti affinem Veſperiſando proponat explicandam: tandem qui actui præeſt, in Licentiati, qui in Colle-

©BIUM

gium poſt aliquot dies co-optandus eſt, vitam & mores, ſi videbitur, inquirat, & ad Medicinam rectè faciendam adhortetur. In Actu autem Magiſterij Præſes Licentiati capiti pileum Doctoratus inſigne imponat, illúmque ſui officij in Medicina facienda diligenter admoneat: tum nouus Doctor alteri Doctori, minori Cathedræ aſtanti, Quæſtionem Medicam proponat: cui vbi fuerit ſatisfactum, is qui præeſt, Quæſtionem congenerem alteri Doctori priori aſſidenti proponat diſquirendam: tum demum nouus Doctor Deo Opt. Max. Medicorum Collegio, Parentibus, & amicis aſtantibus

©BIUM



bus eleganti oratione gratias agat. Huic autem Doctoratus Actui Doctores frequentes & Cappati aderunt, illúmque dignitate quàm maximâ fieri poterit, celebrabunt.

ART. LI.

Nemo Lutetiæ Medicinam doceat, niſi in Pariſienſium Medicorum Collegio Doctoratum, vel Licentiatum ſit conſecutus, vel in Collegium Medicum more ſolitô cooptatus. Soli Doctores, & Licentiati in Scholis Medicorum ex ſuperiore Cathedra doceant, Baccalaurei ex inferiore tantùm.

ART. LII.

Medicinæ Doctores cùm publicè legent, veſte induan-

E

©BIUM



tur talari, & manicatâ, pileúmque quadratum geſtent, & humerale coccinum.

ART. LIII.

Singulis annis duo Medicinæ Doctores, in Scholis inferioribus, Medicinam, Collegij Medici ſtipendiis, publicè doceant: Quorum vnus à Remigialibus ad Paſcha horâ ſeptimâ, & à Paſchate ad Remigialia horâ ſextâ matutinâ Res naturales, & non naturales explicet: alter verò horâ primâ pomeridianâ Res præter naturam interpretetur, morbórumque curandorum rationem, & materiam Medicam explicet: ita vt qui manè annô primô de Rebus naturalibus, & non naturalibus diſ-

©BIUM



ſerüerit, idem annô ſecundô de Rebus præter naturam diſputet, morborúmque curandorum rationem, & materiam Medicam doceat, & bienniô Curſum Medicum conficiat: ſicque ſingulis annis poſt Feſtum Omnium Sanctorum Lector vnus eligatur, qui Lectori bienni ſuccedat.

*Tertius his additus Chirurgiæ in Scholis Profeſſor, Comitiis habitis die Sabbathi 4a Nouembris 1634. quibus more ſolitò, electò in Decanum M.* Carolô Gvillemeav, *viuâ omnium Voce primus renuntiatus qui Chirurgiam doceret M.* Antonivs Charpentier. *Exinde ſortitò eligi cœpit Chi-*

©BIUM



*rurgiæ Profeſſor, Comitiis de more indictis die Sabbathi 8ª Nouembris 1636. quibus Decanus renuntiatus fuerat M.* PHILIPPVS HARDVINVS DE S. IACQVES. *Quartus denique acceſſit priuatim deſtinatus Rei Herbariæ in Scholis Profeſſor, Comitiis octauâ Iunij 1646. à Decano* M. IACOBO PERREAV *pro ſolenni Formula, indictis & habitis, primúſque non ſorte, ſed omnium votô quæſitus M.* FRANCISCVS BLONDEL, *qui ſtatim ab his Comitiis docendarum in Scholis Stirpium ac demonſtrandarum prouinciam ſuſciperet, in quà jubente Vniuerſô Ordine ad exactum vſque annum 1655. perſeuerauit. Viſum tandem Facultati, die Martis*

©BIUM


19ª *Ianuarij eiuſdem anni conuocatæ à Decano M.* IOANNE DE BOVRGES, *vt deinceps Profeſſor Botanicus aliorum more eligeretur.*

ART. LIV.

Scholæ Lectores Hippocratem, Galenum, alióſque Medicinæ Principes tantùm interpretentur, eorúmque contextum legant, & diligenter explicent.

ART. LV.

Nemo his horis, ſextâ nempe, vel ſeptimâ matutinâ, & primâ pomeridianâ, Scholæ Lectoribus deſignatis, Medicinam publicè vel priuatim interpretetur, ſi modò Scholæ Lectores doceant.

©BIUM



ART. LVI.

Singulis annis in Scholis Medicorum duæ ſaltem Anatomiæ tempore opportunô ab Ordinariis Scholæ Lectoribus exhibeantur, qui aliis omnibus in cadaueribus à Magiſtratu impetrandis anteponentur: rogentúrque Magiſtratus, ne cuiquam cadauer diſſecandum concedant, niſi ad poſtulationem Decani: qui hunc ordinem ſeruabit, vt cadauera primùm Ordinariis Scholæ Lectoribus concedantur, qui ea publicè diſſecanda exhibeant: deinde Regiis Medicinæ Profeſſoribus, ſi qui velint Anatomen publicè exhibere: poſtremò aliis Doctoribus, aut ſi Doctores de-

©BIUM



trectent, Chirurgis, qui ea volent diſſecanda publicè vel priuatim proponere.

ART. LVII.

Duo Medicinæ Doctores eligantur, qui ſingulis annis Pharmacopolarum Officinis luſtrandis, eorúmque Magiſteriis præſint, & qui Pharmaciam, ſimplicium Medicamentorum delectum & componendorum rationem doceant, vnus quidem citra, alter verò vltra pontes.

ART. LVIII.

Duo Medicinæ Doctores, vnus majoris, alter minoris Ordinis cum Decano more ſolitô deſignati, Chirurgorum-Tonſorum Magiſteriis præſint: alioqui irrita habeantur.

©BIUM



## ART. LIX.

Nullus Lutetiæ Medicinam faciat, niſi in hac Medicorum Schola, Licentiatum aut Doctoratum aſſecutus, aut in eorum Collegium more ſolitô cooptatus, aut in Domeſticorum Regiorum album inter Medicos Regios relatus ſit, Regíque Chriſtianiſſimo reipſâ inſeruiat: ita vt ne Baccalaureis quidem hujus Facultatis liceat in vrbe, aut ſuburbiis ſine Doctore Medicinam exercere: Cæteri illicitè Medicinam facientes reprobentur.

## ART. LX.

In poſterum die Sabbathi proximâ poſt Feſtum Omnium Sanctorum, congregatis ante

©BIUM



horam octauam à ſacro omnibus Doctoribus, more ſolitô, ſingulorum & præſentium duntaxat, qui per majorem partem Ordinarij adfuerint, Nomina tabellis papyraceis deſcripta in duas vrnas ſeorſim conjiciantur: majoris quidem & antiquioris Ordinis Doctorum Nomina in eam, quam Antiquiſſimus Magiſter, qui tunc adfuerit teneat, minoris autem in alteram, quam ſimiliter ejuſdem Ordinis Antiquior teneat: ex his tabellis, ita ſine vllâ fraude in ſuam ſigillatim vrnam conjectis, & agitatis, Decanus decedens Magiſtratu, coram exporrectâ manu, trium quidem majoris Ordi-

©BIUM

nis Doctorum primùm tabellas, deinde duorum minoris, ex ſua ſeparatim vrna ſimiliter depromere, & Facultati protinus renuntiare teneatur : hi quinque ſorte aſſumpti ſine vlla cujuſquam prehenſatione in ſacellum, veteri more, Diuinam opem imploraturi ſecedant, præſtitô priùs apud Decanum conſuetô juramentô, ibíque conſentientibus inter ſe majori ex parte ſuffragiis, tres Decanatus futuri maximè omnium dignos, quorum nemo eo munere functus fuerit, duos quidem ex majori Ordine, vnum ex minori nominatim eligant, eorúmque, ſed præſentium duntaxat, tria Nomina ſuis

©BIUM



ſeparatim tabellis in vrnam mittant : & cujus vnius primùm tabella Decani manu ſorte deprompta fuerit, in proximum biennium is Decanus eſto.

### Art. LXI.

Decanus ipſe, qui ſingulis bienniis eligitur, Res Facultatis curet, Accepti & Expenſi Rationem ſingulis annis reddat Doctoribus Facultatis, more ſolitô : ex ſymbolis quas ſinguli Doctores Regentes accipiunt, duplam percipiat portionem : jus habeat conuocandi Facultatem, rogandi ſententias, concludendi, & Facultatis Caput habeatur.

©BIUM



# Articuli ex Statutis Facultatis Artium ad Decani munus ſpectantes.

## Articulus 59.

*CLAVES Sigilli à Rectoribus, Procuratoribus & Decanis ſuperiorum Facultatum aliis non tradantur, ſed per ſeipſos aperiant & recludant ſigilla publica Academiæ: quod ſi ægroti fuerint, per Magiſtros ſuæ Facultatis ejuſmodi Munera ſua exequantur.*

## Art. 67.
## De Penſionibus Scholaſticorum.

*Et ut juſtis ea de re querelis accurratur, ſingulis annis ad 17. Calend.*

©BIUM



*Calend. Octobris Rector Vniuerſitatis, Theologiæ, Iuris Canonici, Medicinæ Decanis, Gymnaſiarchis & Collegiorum Præfectis comitatus ſiſtat ſe apud Caſtellum Pariſienſe, coram Proprætore Pariſienſi & Procuratore Regio, in Auditorio in quo de Rebus Politicis agitur, ibique illis omnibus auditis, & duobus Mercatoribus Ciuibus Pariſienſibus vocatis, habitâ ratione Annonæ, Penſionis modus conſtituatur. Si qui ampliùs exegerint, Iudicis arbitriò multentur.*

Ex Appendice ad Reformationem Facultatis Artium.
Art. 20.

*Sit penes Rectorem ex conſilio*

F

©BIUM



*Decanorum Superiorum Facultatum & Procuratorum Nationum, poteſtas cognoſcendi & judicandi de Controuerſiis inter Gymnaſiarchas, Præceptores, Pædagogos & Magiſtros de Re Scholaſtica ortis: Is primùm adeatur: ſi Cauſa grauior, ab eo ſit prouocatio.*

Art. 21.

*De Rebus ad Academiam pertinentibus Rector nihil ſtatuat inconſultis Superiorum Facultatum Decanis: ſi quid ſecùs fiat, id irritum habeatur.*

ART. LXII.

Iidem ipſi quinque Decani Electores eôdem die, & Medicinæ Profeſſorem, qui in Scholis doceat, & Pharmaciæ Interpretem bonâ fide

©BIUM



eligant, eâdem Electionis, & ſortitionis ſeruatâ formulâ; niſi quòd in futurum Scholæ Lectorem ex majori Ordine vnum tantùm, ex minori verò duos: ſed ad Pharmaciæ Profeſſionem ex majori Ordine duos, ex minori verò vnum duntaxat nominabunt. Electi ſolitum præſtent juramentum.

## Art. LXIII.

Examinatores eorum qui volunt ad Baccalaureatum promoueri, ſic eligantur, vt quinque viri, tres majoris Ordinis, & duo minoris, formulâ jam dictâ Electi in Sacellum ſecedant, & ex præſentibus nominent tres majoris Ordinis, totidémque

©BIUM



minoris, quorum Nomina in duas vrnas conjiciantur, & ex vtraque duæ tabellæ depromantur; & quorum Nomina ſorte obuenerint, hi quatuor, duo ſcilicet majoris, & duo minoris Ordinis, Baccalaureos futuros cum Decano examinent. Iſta Electio fiat ſingulis bienniis proximô Sabbathô ante Purificationem Beatæ Mariæ Virginis, ejus tantùm anni, quô Baccalaurei examinabuntur.

ART. LXIV.

Ad hæc Facultatis munera obeunda eligantur tantùm præſentes, & quorum Nomina in vrnam Electoribus dicatam fuerint conjecta. Ex Electoribus autem nemo eligatur.

©BIUM



## Art. LXV.

Licet ſuperioribus capitibus caueatur, ne quis eligatur ad aliquod munus obeundum, qui eo functus fuerit, & Decretô à Facultate latô III. Calend. Ianuar. Annô M. D. LXXIV. prohibeatur, ne quis in poſterum vllô munere, Decanatus ſcilicet, Medicinæ in Scholis Profeſſione, Pharmaceutices Interpretatione, aut Candidatorum pro Baccalaureatu Examine bis fungatur, donec omnes Doctores idem munus obierint. Facultati tamen liberum eſto, ad ejuſmodi Munera illos eligere, quos magis vtiles & idoneos exiſtimauerit, etiamſi ſemel, bis,

©BIUM



atque iterum his Muneribus functi fuerint: ſed eâ conditione, vt huic Electioni vniuerſus Ordo conſentiat, & ex præſentibus nemo reclamet.

ART. LXVI.

Decanus, Doctores, & Collegium Medicorum Pariſienſium hæc Statuta diligenter obſeruent, caueántque ne in poſterũ ab illis diſcedatur: eáque ſingulis annis, die Beati Lucæ, poſt Rem Sacram peractam, omnibus Doctoribus aſtantibus, in Scholis ſuperioribus jubeant à majori Bidello publicè recitari.

©BIUM



## Articulus 50. Facultatis Theologiæ.

*Hæ ſunt quatuor Facultates ex quibus tanquam ex partibus totum conſtituentibus Pariſienſis Academiæ Corpus conflatum eſt & perfectum, cujus diſciplina jam ferè collapſa reſtituitur & inſtauratur, Studiaque ſuperioris temporis barbarie penè extincta refouentur, ſanguinemque ſpiritum & colorem recipiunt ſingulari HENRICI IV*ⁱ *Regis Chriſtianiſſimi & Optimi beneficiò, cujus juſſu & Auſpiciis hæc Reformationum Capita promulgantur, quibus ſi quæ ſint contraria, abrogata & antiquata, alia verò his conſen-*

©BIUM



*tanea rata ſunto. Hæc verò ipſa Reformationis Statuta tam diligenter obſeruentur, vt ab his in poſterum non diſcedatur, eáque vel Regis, vel Supremi Senatus Pariſienſis tantùm auctoritate abrogentur aut immutentur.*

©BIUM



# EDICTVM
## CVRIÆ VACATIONVM
Pro Appendicis Reformationi Statutorum additæ authoritate ſancienda.

*EXTRAICT DES REGISTRES de Parlement.*

*VEV par la Chambre des Vacations la Requeſte à elle preſentée par le Procureur General du Roy, à ce que les Articles par luy preſentez pour l'augmentation du Reglement de l'Vniuerſité, regiſtrez le 4.*

©BIUM



*Septembre mil cinq cens quatre-vingts dix-huict, n'agueres publié fuſſent adjouſtez aux precedents Regiſtres, & obſeruez leſdits Articles auec les precedents.* TOVT CONSIDERE', *LADITE CHAMBRE A ordonné & ordonne, que leſdits Articles ſeront Regiſtrez en icelle, & adjouſtez aux precedents pour eſtre gardez & obſeruez ſuiuant l'Arreſt interuenu ſur iceux le 4. Septembre 1598. Faict en Vacations le vingt-cinquiéme jour de Septembre, l'an mil ſix cent.*

Signé, VOISIN.

©BIUM



# APPENDIX AD REFORMATIONEM FACVLTATIS MEDICINÆ.

## ARTICVLVS PRIMVS.

SINGVLIS annis primô Sabbathô poſt Feſtum Omnium Sanctorum, eôdem modô quô Decanus & alij Doctores eliguntur, deligatur quoque Doctor Medicus,

©BIUM



vnus ex alternis Scholæ Profeſſoribus, & ex præſentibus magis idoneus, qui docendorum Simplicium, & Anatomiæ celebrandæ prouinciam ſuſcipiat.

ART. II.

Is Plantarum non modò Nomina, ſed etiam vires doceat: ob id Galeni libros quinque de Simplicium Medicamentorum Facultatibus poſt Paſchalia interpretetur.

ART. III.

Dies & hora præſtituantur, quibus Herbarius cum Doctore & Diſcipulis conueniat ad Plantas inuiſendas: tempus programmate Latinô ſignificetur.

Ad

©BIUM



ART. IV.

Ad Decanum Baccalaurei quotannis referant Catalogum Herbarum, quæ in Horto Medico vigent.

ART. V.

Doctor Anatomicus demonſtret Oſteologiam ex ſuggeſto priùs, quàm Anatomen celebret. In oſſibus comparandis & dignoſcendis probet Diſcipulorum diligentiam & induſtriam. Quem ad ſtudium Anatomicum aptiorem judicarit, creet Archidiaconum. Nec eo munere priuentur Baccalaurei, ſed cæteris præferantur.

*Quinimò vt minùs ſecurè concredito vagis ſæpiùs & erro-*

©BIUM



*nibus Studioſis muneri Archidiaconi, veteris diſciplinæ retinentiſſima Facultas prouideret, ſimulque Philiatrorum commodis conſuleret aſſidui bonique Nominis* ARCHIDIACONVM *è ſuis modò Baccalaureis qui fide & ſacramentò ſibi nexi ſunt inpoſterum ſeligendum, eumque rationibus reddendis obnoxium ac certis aliis adſtrictum voluit legibus, & conditionibus tum olim conſtitutis Decretò latò die Martis 4ª Dembris 1576. M.* CLAVDIO ROVSSELET *Decanò, cùm nuperò Decretò ſancitò ex vetere formula Comitiis die Lunæ 20ª Octobris anni 1659. habitis, itemque aliò latò Comitiis die Mercurij 7ª Aprilis Anni ſequentis M.*

©BIUM


Francisco Blondel *Decanô.*

Art. VI.

Anatomiæ celebratio non differatur in annum: ejus celebrandæ tempus programmate Latinô ſignificetur.

Art. VII.

Vbi Doctor, quæ videbuntur neceſſaria, docuerit; Archidiaconus, ſi quid inculcandum ſit, & repetendum, Latinè & breuiter exponat ex mente & juſſu Doctoris, quicum antè contulerit, nec identidem obloquatur, vel ſeriem Anatomicam obturbet.

Art. VIII.

Doctor non ſinat Diſſectorem diuagari, ſed conti-

G ij

©BIUM

neat in Officio diſſecandi, & demonſtrandi ea quæ enarrauerit Anatomica: nec repetat quæ Archidiaconus plenè & perſpicuè dixerit ad mentem Doctoris & ſpectantium captum.

ART. IX.

Ad eandem celebrandam Anatomen, Diſſectorem peritum ſuppeditent Tonſores Chirurgi, eíque honorarium decernant ex ſuo ærario, vt Schola Medica Doctori Medico, cui Anatomicum ſoluetur peractâ tantùm Anatome, alioqui denegandum; Herbarium, æſtate exactâ.

ART. X.

Doctores qui Chirurgos docent, Chirurgica tantùm

©BIUM


doceant, id eſt, quæ ad Operationem manuum pertinent. Omnia facili methodô comprehendit Gourmelenus continui diuiſione, diuiſi vnione, & extractione alieni.

ART. XI.

Doctores qui Pharmacopœos docent, doceant tantùm Pharmaceutica, quæ referuntur ad delectum, præparationem, & compoſitionem Medicamentorum.

ART. XII.

Decanus Facultatis vnicus eſto, qui ſingulis annis eligitur.

ART. XIII.

Scholæ Medicæ Doctores amicitiam inter ſe colant.

©BIUM


ART. XIV.

Nemo niſi legitimè vocatus Ægros inuiſat.

ART. XV.

Nemo cum Empiricis, aut à Collegio Medicorum Pariſienſium non probatis, Medica Conſilia ineat.

ART. XVI.

In omnibus Medicis Congreſſibus juniores ſenioribus aſſurgant: ſeniores junioribus gratiam & beneuolentiam referant.

ART. XVII.

In Medicis Conſultationibus juniores primi, pro more ſententiam dicant, & eô ordine, quô quiſque ad Doctoratum promotus fuerit.

©BIUM



ART. XVIII.

Quod in ejuſmodi Conſultationibus à majore parte fuerit probatum, id Ægro, vel parentibus Ægri, vel aſſidentibus, qui Ægri curam habent, à ſeniore de Collegarum conſenſu prudenter referatur.

ART. XIX.

Ægrorum arcana, viſa, audita, intellecta nemo eliminet.

ART. XX.

Ad Conſilia Medica vocati, ſiſtant ſe præciſè horâ à Seniore præſcriptâ, ne vnius mora Ægro moleſtiam, vel cæteris Collegis incommodum afferat.

©BIUM 

ART. XXI.

Remediorum tum confortantium, tum alterantium, tum purgantium tam internorum quàm externorum Formulæ, præſcribentium Chirographis obſignentur, annô & die adſcriptis, juxta Senatuſconſultum die duodecimâ Septembris, annô milleſimô quingenteſimô nonageſimô octauô latum.

ART. XXII.

In præſcribendis phlebotomiis idem obſeruetur.

ART. XXIII.

Candidati Medicinæ non admittantur ad Examen Baccalaureatus, niſi Vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum attigerint (ſolis exceptis Do-

©BIUM



ctorum Pariſienſium filiis,) cujus ætatis fidem facere publicô teſtimoniô teneantur.

ART. XXIV.

Doctores ad Facultatis Comitia vocati grauiter & honeſtè ſe gerant, conſilia ſua de re propoſita tranquillè, placidè, ſigillatim & ordine exponant, nec quiſquam Collegæ ſententiam interrumpat: ab iſtiuſmodi Conſeſſibus procul abſint tumultus, injuriæ, probra, jurgia, maledicta.

©BIUM


# SENATVSCONSVLTVM CVRIÆ VACATIONVM,

*Pro Cenſoris Munere & Iure.*

## EXTRAICT DES REGISTRES de Parlement.

VEV par la Chambre des Vacations la Requeſte à elle preſentée par le Procureur General du Roy, tendant à ce que les Charges de Cenſeurs ordonnées par la Reformation de l'Vniuerſité, confirmées par le ſoixante-dixiéme Article du Reglement n'agueres publié fuſ-

©BIUM



*ſent eſtablies, & qu'attendant l'Eſlection par les Doyens des Superieures Facultez & Procureurs des Nations, en fuſſent nommez de ceux qui ſont notoirement recognus idoines & capables, & pourueu à l'entiere execution de ladite Reformation. La Matiere miſe en Deliberation*, LADITE CHAMBRE A Ordonné *& ordonne que le Reglement n'agueres publié ſur la Reformation de l'Vniuerſité ſera gardé & obſerué: & pour exercer les Charges de* CENSEVRS *deux ans, à commencer le deuxiéme Octobre prochain, a commis & commet Maiſtres* EMOND RICHER *Docteur Regent en la Faculté de Theologie*, CLAVDE

©BIUM


MINOS *Docteur en Decret*, NICOLAS ELLAIN *Docteur en Medecine*, *&* IEAN GALLAND *Principal du College de Boncourt*, *auſquels & à chacun d'eux enjoint vacquer à ladite Charge*, *aſſiſter le Recteur aux Aſſemblées & Viſitations des Colleges de l'Vniuerſité*, *requerir & pourſuiure l'entretenement de ladite Reformation*, *tant pour leurs Facultez*, *que toutes les autres : aduertir le Procureur General du Roy de ce qui aura eſté fait*, *& des contrauentions*, *Pour luy oüy y eſtre pourueu par la Cour ainſi que de raiſon. Et pour faire leſdites Charges de* CENSEVRS *apres leſdits deux ans expirez*, *les Recteur*, *Doyens des*

©BIUM

des Superieures Facultez, & quatre Procureurs des Nations qui ſeront aſſemblez en la Maiſon dudit Recteur le vingtiéme Septembre procederont à l'Eſlection de l'vn des plus Anciens Maiſtres és Arts pour ladite Charge de CENSEVR. Et par chacune des Superieures Facultez, qui pour ce s'aſſembleront le lendemain, ſera procedé à l'Eſlection de l'vn des plus Anciens, ſuffiſans & capables Obſeruateurs de la Diſcipline, pour auec le Maiſtre és Arts eſleu exercer leſdites Charges de CENSEVRS les deux ans enſuiuans, & ainſi conſecutiuement à l'aduenir. Et feront les Recteurs, Doyens, Cenſeurs, & Procureurs des Nations, deuant

H

©BIUM


*qu'entrer en Exercice, le ſerment de garder & faire garder ladite Reformation; Ledit Recteur entre les mains de ſon Predeceſſeur, & les Doyens, Cenſeurs & Procureurs entre les mains du Recteur eſleu.* FAIT *en ladite Chambre des Vacations le quinziéme Septembre, mil ſix cent vn.*

Signé, VOISIN.

L'*An mil ſix cent vn, le vingt-deuxiéme jour de Septembre, A la requeſte de Monſieur le Procureur General du Roy, Ie Huiſſier en Parlement ſous-ſigné, ay monſtré & ſignifié le preſent Arreſt à Maiſtre* GVILLAVME POVLLET *Recteur de ladite Vniuerſité en*

©BIUM

*parlant à ſa perſonne au Collége de Sorbonne ; A Meſſire* RENÉ BENOIST *Conſeiller du Roy en ſon Conſeil d'Eſtat, ſon premier Confeſſeur, nommé par ſa Majeſté à l'Eueſché de Troyes, & Doyen de la Faculté de Theologie, parlant à ſon Vicaire en ſon Presbytere ; A Maiſtre* IEAN LE CLERC *n'agueres Doyen de la Faculté du Decret, parlant à ſa perſonne en ſon domicile ; A Maiſtre* GILLES HERON *Doyen de la Faculté de Medecine, parlant à ſa femme en ſon domicile ; A Maiſtre* EMON RICHER; *Maiſtre* CLAVDE MINON, *Maiſtre* NICOLAS ELLAIN, *& Maiſtre* IEAN GALLAND, *dénommez audit Arreſt, par-*

©BIUM


*lant à leurs perſonnes, en leurs domiciles à ce qu'ils n'en pretendent cauſe d'ignorance, auſquels parlant comme deſſus ay baillé & laiße copie. Faict par moy Huißier ſuſdit.*

Signé, AMONYN.

E*T le vingt-quatriéme jour deſdits mois & an, à la requeſte que deſſus, Ie Huißier ſuſdit, ay monſtré & ſignifié ledit Arreſt à Maiſtre* ELOY LE MAIGNEN, *à preſent Doyen de la Faculté du Decret, en parlant à ſon Vicaire en ſon Presbytere, à l'Egliſe S. Nicolas des* Champs, *à ce qu'il n'en pretende cauſe d'ignorance. Faict par moy.*

Signé, AMONYN.

©BIUM


MAiſtres EMON RICHER, CLAVDE MINON, NICOLAS ELLAIN, IEAN GALLAND, *nommez par l'Arreſt eſcrit de l'autre part, ſont aujourd'huy comparus pardeuant moy* CLAVDE POVLLET *Bachelier en Theologie & Recteur de l'Vniuerſité, leſquels ſuiuant ledit Arreſt, ont fait entre mes mains le ſerment de garder & faire garder la Reformation n'agueres publiée par authorité de la Cour, & de bien & loyaument exercer leurs Charges de* CENSEVRS. *Faict au College de Sorbonne le vingt-cinquiéme jour de Septembre, mil ſix cent vn.*

G. POVLLET R.

©BIUM 

## Statutorum Facultatis Artium.

### Articulus 70.

RECTOR *Vniuerſitatis primò Menſe ſui Magiſtratus cum quatuor* CENSORIBVS *omnia Collegia ſemel ſaltem adeat, & diligenter luſtret; Præceptorum, Magiſtrorum, Pædagogorum, Burſariorum, &* Scholaſticorum *querelas, ſi quæ ſint, audiat; eos omnes in officio contineat: illorum diſſidia componat: & ſingulorum Collegiorum Statuta, & hæc ipſa Decreta, diligenter obſeruari jubeat.*

FINIS.

©BIUM

# INDEX
## RERVM IN STATVTIS contentarum.
### Ordine Alphabeticô digeſtus.

A

ÆGri non inuiſendi niſi à vocatis. 78
*Anatomiæ* duæ ſaltem quotannis ab Ordinariis Scholæ Profeſſoribus celebrandæ. 54
Eidem Profeſſor deſignatus. 72
*Anatome* non differenda. 75
*Antiquior Magiſter* abſens pro præſente habetur. 44
Duplam accipit portionem. 45
*Appendix Statutorum Facultatis,* Edictô Senatûs rata. 69. 70

©BIUM

*Archidiaconi* Electio. 73
Baccalaurei in eo munere obeundo præferuntur. *ibid.*
Archidiaconi munus. 74. 75
Archidiaconus Rationibus reddendis obnoxius. *ibid.*

B

B*Accalaurei* ſingulis bienniis admittuntur. 10
Admiſſi ad Principium ſacramento rogari. 16
Domeſticis exercitationibus ſtudent. 17
Argumenta muta in Quodlibetariis proponunt. 42
Reſpondent ex tempore interrogati in Quęſtionibus Quodlibetariis. 43
Duobus argumentis diſputant in Quæſtionibus Cardinalitiis. 45
Ius habent docendi ex inferiori Cathedra. 49

©BIUM

Sine Doctore Medicinam non faciunt. 56
Catalogum Herbarum Horti Medici quotannis deferunt ad Decanum. 73

## C

CAdauera pro Anatome à Decano impetranda. 54
*Candidati* Medicinæ quando ſe ſiſtunt ad Examen. 12
Quæſtio illis proponitur. *ibid.*
Auditionis tempus præfinitum. 13
Sunt Magiſtri in Artibus. *ibid.* 14.
Ætas viginti quinque annorum. 80
*Cancellarius* diem Licentiæ ſtatuit. 31
Sacramento rogat Doctores ſuffragium laturos. *ibid.*
Confert ſuffragia cum præſentibus Doctoribus. *ibid.*
Nefas illi conſtitutum Ordinem mutare. *ibid.*
Ambiguis ſuffragiis pro arbitratu ac-

©BIUM

cedit vtili ſuffragio 33
Licentiatis benedicit, ius largitur faciendæ & docendæ Medicinæ. 34
Proponit Quæſtionem primo loco renuntiato Licentiato. 35
*Cardinalitiarum* Diſputationum Ordo. 45
Quinam Doctores his præeſſe debent. *ibid.*
Hora quænam præſtituta. *ibid.*
Tempus definitum. 24. 25.
*Cenſoris* Munus Edictô Senatûs conſtitutum. 82
Eligendi tempus. 85
A quibus eligendus. 85
Sacramento rogatur à Rectore. 88. 89.
Cum Rectore Collegia luſtrat. 90
Diſſidia Componit. *ibid.*
*Chirurgiam* ejurant ad Licentiam admittendi. 28
*Chirurgis* Cadauera ad Anatomen conceſſa. 55
*Chirurgorum* Tonſorum Magiſteriis

BIUM

præſunt duo Doctores. *ibid.*
*Chirurgus* Diſſector non debet diuagari. 76
Suppeditari debet à Tonſoribus Chirurgis ſuis ſtipendiis. *ibid.*
*Chirurgorum* Profeſſores docent Chirurgica. *ibid.* 77
*Conſilia* inire cum Empeiricis aut non probatis Medicis nefas. 78
Conſiliorũ ineundorum Ordo. *ibid.*
Hora præſtituta religiosè ſeruanda. 79
Conſilia à Seniore referuntur. *ibid.*
*Comitiorum* grauitas, modeſtia, Ordo. 81

## D

D*Ecani* Electionis tempus. 57
Modus Electionis, 58
Eligitur in biennium. 59
Decanus Facultatis vnicus qui ſingulis annis eligitur. 77
Decani dignitas, authoritas, jus. 59

©BIUM

Claues ſigilli Vniuerſitatis habet. 60
Penſionibus ſtatuendis Studioſorum quotannis vacat. *ibid.* 61
Cum Rectore cognoſcit de Controuerſiis Academiæ. 62
Quod Decano inconſulto fit à Rectore irritum. *ibid.*
*Doctores* ferendi pro licentia ſuffragij capaces. 32
De iis ſtatuendum Comitiis priuatim habitis *ibid.*
Abſentium tabellæ propriâ manu ſcriptæ & ſubſcriptæ. 35
*Doctoratus* pro Licentiæ Ordine celebratur. 36
Non conceditur Rectori niſi abdicato. *ibid.*
*Doctorandi* ante inaugurationem ex formula ſacramento rogati. 38
*Doctores* pro Ordine adepti Doctoratus ſententiam dicunt. *ibid.*
*Doctor* nouus habitus pro Regente quibuſdam conditionibus. 39

Quando

BIUM

Quando admiſſus ad principium Le-
ctionum. *ibid.*
Capax majorum Emolumentorum
& Magiſtratuum. 40
*Doctores* in obeundis muneribus
ſuccenturiati ejuſdem Claſſis eſſe
debent. *ibid.* 41.
*Doctorum* Regentium nomina pu-
blicè recitata. 42
In Commentariis Facultatis quotan-
nis deſcripta. *ibid.*
*Doctores* abdicati qui Quodlibetariæ
Ordine ſuo non præfuerint. 43
Quomodo reſtituendi. 44
*Doctores* abſentes pro præſentibus
habiti. *ibid.*
Ad diſputandum in Cardinalitiis, qui
& quando Præfecti. 46
Qui præeſſe poſſunt Veſperiis &
Magiſteriorum Actibus. *ibid.* 47
Doctoratus celebrandi Ordo. 48
Quæſtiones à quibus propoſitæ &
concluſæ. *ibid.*

I

©BIUM

Doctor recens inauguratus gratias agit. *ibid.*
*Doctoratus* Actui Cappati Doctores interſunt. 49
*Doctoris* jus docendi è Cathedra ſuperiore. *ibid.*
Docentium Doctorum Ornatus. *ibid.* 50
Doctorum ad docendum Electio. *ibid.*
Docendi argumentum, tempus, definitum. 51
*Doctor* pro Chirurgiæ Profeſſione quando primùm electus. *ibid.*
Doctor Rei Herbariæ quando primùm nominatim inſtitutus. 52. 72
Hujus Electio quando cæterorum more facta. 53
Docendi jure olim abdicati Vxorati, reſtituti. 38
Doctores Amicitiam inter ſe colere debent. 77

©BIUM

## E

E*Lectores* eligi non poſſunt. 64
*Examinatorum* electio quando. *ibid.* 11.
Qui eligendi. 63. 64
Sacramento adſtricti. *ibid.*
Examen quando promulgandum. 12
Fit præſentibus Doctoribus. 15
Examinare cuique Doctori licet. *ib.*
Examinatis Caudidatis Aphoriſmus quando proponitur. *ibid.*
Examinatorum Renuntiatio quando fit. *ibid.*
Examen alterum quando & cur celebratur. 16
Examen ſingulis bienniis aperitur. *ibid.*
Examinis Botanici tempus. 17
Examen particulare quando fit, & de quibus inſtituendum. 26. 27

## F

F*Eſti* Dies Academiæ iidem & Facultatis. 18. 19. 20. 21. 22. 23

I ij

©BIUM


## H

Hora legendi Lectoribus Scholæ definita. 53
Hâc legere priuatim aut publicè alteri non licet. ibid.

## L

Lectores Scholæ debent Hipocratem, Galenum & alios Medicinæ Principes interpretari. 53
*Licentiæ* fiunt ſingulis bienniis. 11
Licentiæ Ordo, debet eſſe Doctrinæ. *ibid.* 36
Qui ad Licentiam admittendi. 27
Etiam pauperes ſub conditione. 29
Licentiandi inuitant Senatum & Vrbis Ordines ad Paranymphi celebritatem. *ibid.* 30
Dies ad Licentiam iis dicitur à Bidello. *ibid.*
Licentiatorum Nomina publicè recitata. 34

©BIUM



petitâ veniâ à Medicinæ Facultate, ad id legitimè conuocatâ. Si qui tamen Doctores, Licentiati, vel Baccalaurei hôc Vacationis tempore velint docere, hoc liberum illis eſto.

*Hôc Vacationum durante tempore Sacra non celebrantur in Scholis diebus Sabbathi: quibus tamen nihilominùs conueniunt more & horâ ſolenni Doctores Pauperibus ægris accedentibus operam daturi.*

## ART. XVIII.

Ab Idibus Septembris ad Calendas Nouembris, Baccalaurei, qui de Quæſtione Cardinalitia non diſputauerint, de ea reſpondeant.

C

©BIUM



## ART. XIX.

A Martinalibus ad Liberalia Baccalaurei rurſus, ſingulis hebdomadis, ſi fieri poteſt, diſputent de Quæſtione Quodlibetaria.

## ART. XX.

Poſt Cineralia, ſi quædam Quæſtiones Cardinalitiæ diſceptandæ ſuperſint, eis finis imponatur.

## ART. XXI.

His omnibus totô bienniô ritè peractis; Baccalaurei habitu conuenienti induti ſiſtant ſe die dictâ poſt meridiem in Scholis ſuperioribus, coram Doctoribus à Decano pro more conuocatis, ab eiſque petant, vt ad Examen particulare admittantur.

©BIUM



in his Licentiis obtinebit, proponat Quæſtionem Medicam, de qua vbi primus Licentiatus reſponderit, Cancellarius, Doctores, & Licentiati ad D. Virginis ſe conferant, Deo Opt. Maximo gratias acturi, quòd biennales Licentiatorum labores ad proſperum exitum perduxerit.

## Art. XXXIV.

Si quis ad Licentias admiſſus hôc ipſô tempore in Collegarum Licentiatorum Ordine non fuerit poſitus, non poſſit Licentiâ donari, niſi bienniô ſequente cum nouis Baccalaureis: ſingulis enim tantùm bienniis Licentię fiant, ad eáſque promoueantur capaces, non ſigillatim, ſed

©BIUM



vniuerſim, ſeruatô, vt anteà dictum eſt, ordine Doctrinæ, vt hâc æmulatione ad officium omnes excitentur.

ART. XXXV.

Licentiati ad Doctoratum eô ordine promoueantur, quô ſunt ad Licentias appellati.

Statutorum Facultatis Artium. Art. 75.

*Si quis in ſuperiori Facultate Baccalaureus aut Licentiatus in Academiæ Rectorem fuerit electus, ad ejus Superioris Facultatis Doctoratum non admittatur, niſi priùs Faſces Rectorios dimiſerit, & Rectoratu ſeſe abdicauerit.*

ART. XXXVI.

At ne priorum negligentia poſte-

©BIUM

Licentiati gratias acturi Deo, à Cancellario & Doctoribus ad B. Virginis deducuntur. 35
Ad Licentiam admiſſi nec cum aliis deſcripti bienniô alterô promouendi. *ibid.*
Licentiæ ſimul fiunt. *ibid.*
Licentiatis ad Veſperias & Doctoratum tempus circunſcriptum. 37
Licentiati ſupplicant pro Veſperiis & Doctoratu. *ibid.*
Ius habent docendi è ſuperiore Cathedra. 49

M

Medicinæ Facultas Legum ſuarum retinentiſſima. 7
Laudatur ab Eminentiſſimo Cardinale Totauillæo. *ibid.*
Temporum infœlicitate à priſca lege ante Reformationem nonnihil deflexerat. 8
*Medicorum* Filiis fit gratia Ætatis, temporis Studiorum, & ſub conditione. 14

©BIUM

Medicorum Iuniorum & Seniorum mutua Officia. 78

O

O*Steologia* primùm docenda. 73

P

P*Aſtillaria Actus.* 39
*Pauperum* Ægrorum Cura quãdo cœpta, ampliata. 9
Vacationum tempore non intermittitur. 25
*Pharmacopæorum Officinis* luſtrandis Doctores Præfecti. 55
Magiſteriis præſunt. *ibid.*
Pharmaceutica docent. *ibid.* 77
*Profeſſorum* Pharmaciæ Electio. 63
Electi ſacramento rogantur. *ibid.*
Profeſſoribus Regiis Cadauera ad Anatomen conceduntur. 54

Q

Q*Vodlibetariis* Quæſtionibus tempus ſtatum. 17. 26
Quodlibetaria extra Ordinem, nouorum eſt Doctorum. 39

©BIUM

Quodlibetariæ Quæſtionis agitandæ Ordo. 42
Hora definita, & Doctorum numerus. 43
Cuique Doctori in hac diſputandi facta copia. *ibid.*

R

*Remediorum Formulæ* Chirographo muniendæ, die & annô adſcriptis. 80
Idem in imperanda Venæ ſectione præſtandum. *ibid.*

S

*Sacrorum Feriæ* tempore Vacationum. 25
Sacra diebus ſtatis celebrata. 8. 9
His hora nona conſtituta.
*Scholæ* Muneribus obeundis præſentes eligendi. 64
Semel atque iterum certis conditionibus ad illa vocati. 65. 66
*Statuta Facultatis* in Senatu promulgata, 1. 2
Publicata in Academiæ Comitiis,

©BIUM

lecta in Scholis, ſingulorum Doctorum Sacramento ſancita, Chirographo munita. *ibid.*
Typis edita Decretô Facultatis. 3
Viritim Doctoribus, Licentiatis Baccalaureis diuidenda. 5
Statutis annotationes & rata Decretis addita interpretamenta. 6
*Studioſi Medicinæ*, Lectionibus, & Diſputationibus publicis interſunt. 10
Stadium Medicum Bienniô conficiunt. *ibid.*

V

V*Acationum* tempus conſtitutum. 24
Vacationum tempore nulli Actus veniâ non impetratâ celebrati. 25
Doctores cogi nequeunt ad Licentiatorum inaugurationem. 37
*Veſperiarum* celebrandarum Ordo. 47
Quæſtiones à quibus proponendæ & terminandæ. *ibid.*

FINIS INDICIS.